



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Solutionibus. Tit. XXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)

Menoch. conf. 719. n. 7. Cald. Pereira de empt. cap. 23. num. 71.

20 Nota denique quod sicut solutio facta per principalem, inuat fideiussorem quoad liberationem, ita etiam illi nocet in eo quod per talem solutionem acquiritur creditori quasi possessio contra eundem fideiussorem, ut resoluit Rot. in Romana censu, coram Penia, quae est decis. 299. n. 6. & 7. p. 1. recent. & apud Cenc. in addit. ad tract. de censib. decis. 69. n. 7. sequitur Stephan. Gratian. decept. forens. c. 110. n. 32. & 34. Sic etiam solutio facta per fideiussorem constituit creditorem in quasi possessione contra principalem debitorem, Rot. in Cremonen. pensionis 2. May 1622. coram bonae mem. Vbaldo sen. in qua fuit resolutum per solutionem factam a campiore vigore cedulae banchariae a titulari tradita pensionarium esse constitutum in quasi possessione exigendi contra ipsum titulum, licet campior tunc dicatur simplex fideiussor, quia fideiussori non tantum censetur factum mandatum in fideiussendo, sed etiam de soluendo, gloss. in l. si quis in mandato, ff. de negot. gestis, & in Lindabirum, in verbo videri, per illum text. ff. de condit. indeb. gloss. in presenti. Card. Mantie de tacitis & ambig. convent. lib. 16. tit. 2. n. 4. Honded. conf. 17. n. 34. lib. 2. Rot. in Spoletana liberationis a fideiussione 30. Martij 1626. & 21. Aprilis 1627. coram R. P. D. Duran. quae sunt impressae post dictam addit. Cenc. ad tract. de censib. decis. 124. n. 3. & decis. 142. n. 10. & optime deducitur in d. Cremonen. pensionis, refert Perentil. in annot. ad decis. 534. Buratti. lit. A.



De Solutionibus.

TIT. XXIII.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Imol. Anan. Burr. Anchor. Barbat. Panorm. Guid. Papae, Guillem. Dorand. in breuiario aureo fol. 104. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum fol. 74. Martin. Melnartan epitome Decret. fol. 115. Petr. de Rauenna in compend. iuris Canon. Dan. Venator in analysi methodica iuris Pontif. a pag. 449. Goffred. & Host. in summ. huius tit. Alex. Callan. & Anatt. Germon. in paratulis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthag. in exposit. tit. iuris Canonici, Zypæ. in analytica postremi iuris Eccles. enarrat. pag. 214. omnes sub hoc tit.

De materia tit. vide apud Castellanos tit. 14. part. 5. Bellacomb. Kirichou. Soar. & alios tom. 2. commun. opin. lib. 8. tit. 27. a pag. 590. Hering. de fideiuss. c. 120. Rendinam in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 108.

S V M M A R I V M.

- 1 Successor in beneficio tenetur ex bonis, & redditibus Ecclesiae ad debita sui praedecessoris beneficiari, quae facta fuerunt pro Ecclesiae necessitate, vel utilitate, & n. 2.
- 2 Praelati successor tenetur de bonis Ecclesiae ad debita contracta per praedecessorem pro sua sustentatione.
- 3 Clericus si nihil habeat, successor in beneficio tenetur ad funeris expensas, quae tendunt ad remedium salutis animae defuncti.
- 4 Praelati successor tenetur stare locationi factae per suum praedecessorem, qui ad ipsiusmet Ecclesiae

necessitatem & utilitatem bona locauit, secus si nomine proprio.

- 6 Successor in beneficio quando tenetur ad pensiones decensas tempore praedecessoris non solutas, ostenditur.
- 7 Maioratus successor tenetur soluere debita praedecessoris si contracta sint pro necessitate, utilitate, vel conseruatione ipsius maioratus.
- 8 Maioratus successor tenetur soluere omnia debita contracta ab eo, qui maioratum instituit, nisi post maioratum irrevocabiler constitutum sint contracta.
- 9 Regni successor tenetur ad debita praedecessoris.
- 10 Fendi successor ex pacto, & providentia an tenetur ad debita praedecessoris, ostenditur.
- 11 Praelati successor tenetur ad expensas litis, & impensas necessarias factas per praedecessorem pro Ecclesia ministris, & famulis.

CAP. Ad hoc. I. Alex. III.

Successor in beneficio tenetur soluere debita sui praedecessoris contracta pro Ecclesiae necessitate, vel utilitate. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Botr. Imola, Anania, Hostienf. Anchor. Henric Barbat. Panorm. Guid. Papae, Cenc. collect. 86. Viuiam. in rationali libri 2. iuris Pontificij, pag. 103. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 442. remissum Ximen in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 19. c. 1. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 29. c. 9. ubi ex integra clausula intelliges hoc fragmentum.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Nauar. 2. de spons. Cleric. c. 10. n. 6. Redoan. de Eccles. quast. 10. Guier. practice. lib. 2. q. 53. a princip. & q. 84. Roman. conf. 440. Gemin. conf. 1. n. 2. & 3. Alciat. conf. 14. n. 6. vol. 1. Buratt. conf. 226. n. 9. vol. 3. Couar. var. lib. 2. c. 17. n. 3. Rot. decis. 805. n. 4. p. 1. diuers. Menoch. de arbit. casu 43. n. 3. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de clerico debitoris, s. 2. n. 1. Vezin. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 9. n. 23. cum seq. pag. 183. Nauar. de spons. Cleric. s. 10. n. 6. Rebuff. super concord. tit. de collat. vers. item dicit, Flamin. de resignat. lib. 1. q. 16. num. 49. cum seqq. Paul. Comitot. respons. moral. lib. 1. q. 87. n. 2. cum seqq. Stephan. Gratian. decept. forens. c. 94. n. 3. Hieron. Portoles de consuetudinibus, c. 15. n. 7. Rot. decis. 705. n. 2. p. 1. & decis. 778. n. 2. p. 2. recent. Buratt. decis. 482. n. 8.

Amplia primò, procedere etiam quando Praelatus contraxit debita pro sua sustentatione, quia pro necessitate Ecclesiae videtur contraxisse, cum Ecclesia teneatur illum alimentare; ut per Abb. hic num. 2. Buratt. d. conf. 226. num. 9. Sord. decis. 251. n. 2. Flamin. d. q. 16. n. 51. Paul. Comitot. d. q. 87. n. 3. Vnde si Clericus nihil habeat, successor in beneficio tenetur ad funeris expensas, quae tendunt ad remedium salutis animae defuncti, secus si in bonis habeat, quia tunc tenetur eius haeres, ut per Rebuff. tom. 1. ad leges Galliae tract. de sentent. prouis. pag. 141. n. 57. Stephan. Grat. decept. forens. c. 94. n. 20. cum seqq. Buratt. d. conf. 316. n. 59. & n. 127. & conf. 28. n. 10. vol. 3. Franc. Marc. Daphin. decis. 436. p. 1. & decis. 557. p. 1. Bellet. d. s. 3. a n. 3. & n. 5. cum Gemin. d. conf. 1. mon. 5. dicit Clericum praedecessorem debere sepeliri expensis suae Ecclesiae, & successoris, & n. 9. adducit quae veniant appellatione funeris.

Amplia secundò in locatione facta per Praelatum de bonis suae Ecclesiae, cui tenetur stare successor Praelati si ad ipsiusmet Ecclesiae necessitatem, & utilitatem, eius Ecclesiae bona locauerit, secus si nomine proprio locet redditus, vel bona suae Ecclesiae, vide Mich. Grassi. tom. 1.

tem. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 43. n. 40. pag. 656. vbi
 Viulan. num. 123. Put. Rom. decif. 179. lib. 1. Aloyf. Ricc.
 in collect. decif. p. 4. collect. 1007. & collect. 1055. in fine.
 Spin. in speculo testam. gloss. 19. princip. num. 41. Gutier.
 Canon. lib. 1. cap. 36. plures Doctores refert Cened.
 ad Decretal. collect. 76. num. 5. quibus adde Flamin.
 de resignat. lib. 1. quest. 16. num. 47. D. Barbosa in l. si
 filiofam. §. fin. num. 17. cum seqq. ff. soluto matrim. Morl.
 in emporio iuris. part. 1. tit. 10. quest. 2. num. 20. Modern.
 de iurisdic. part. 4. casu 98. num. 8. & in votis nouiss.
 decif. voto 180. Cardolo in praxi indicum. verbo fructus.
 num. 23. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 37. a num. 18.
 Card. Tusch. verbo locatio. concl. 419. Molin. de iustit.
 tract. 2. disp. 392. vers. quod denique. Card. Mantica de ta-
 citis. & ambig. conuen. lib. 5. tit. 13. n. 21. Valer. Reginald.
 in praxi fori poenitent. lib. 2. §. c. 43. num. 538. cum seqq.
 Azor. instit. moral. part. 3. lib. 8. de locato. cap. 6. quest. 7.
 Rebello de obligat. iustit. part. 2. lib. 14. quest. 11. n. 17.
 & ideo quando locatio est facta nomine proprio.
 successor non tenetur stare colono. etiam quod præ-
 decessor locans decessisset in primo anno. & con-
 ductor anticipatè soluisset affictum. vt tenuit Rot. in
 Auximana locationis 24. Ianuar. 1590. coram Orano.
 quæ est decif. 211. num. 6. post tract. Pontif. de Salu.
 interdict. in 2. impress. Marefc. variar. resolut. lib. 1. cap. 18.
 num. 7. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 606. n. 11.
 Successor in Ecclesia tenetur stare locatoni factæ per
 prædecessorem etiam nomine proprio quando annus
 est inchoatus. & iam facta est impensa necessaria.
 vel magna pars illius. vt quia terre sunt satæ. Bald.
 in l. emptorem. num. 7. vers. sed pone colonus. C. locati.
 Ozale. decif. 82. n. 10. Surd. decif. 52. n. 12. Marefcot. d.
 cap. 18. n. 7. in fin. vide alia ad cap. fin. num. 2. ne Pralati
 vices suas.

6 Amplia tertio. in pensione tempore antecessoris
 decursa. ad cuius solutionem tenetur successor in be-
 neficio. vt per Callad. decif. 3. num. 2. & decif. 4. a prin-
 de locato. Gig. de pensionib. q. 39. & 43. Gutier. canon.
 lib. 1. cap. 1. num. 111. Cened. d. collect. 86. ad Decretal.
 num. 2. Stephan. Gratian. d. c. 94. a num. 51. Notandum
 tamen est successorem in beneficio ad pensiones decur-
 suras tempore prædecessoris non teneri nunc. nisi
 facta prius fuerit cum eodem prædecessore. vel eius
 hæredibus diligentia de illis consequendis. vt deci-
 sum fuisse in Rota in una Hispanen. pensionis de mense
 Decembris 1577. referunt Franc. Leon. in thesuro fori
 Eccles. part. 2. cap. 7. num. 91. Bellet. disquisit. cleric. p. 1.
 tit. de clerico debitore. §. 8. num. 13. Aloyf. Ricc. in collect.
 decif. part. 5. collect. 1652. Crescent. decif. 3. ad fin. de
 solut. Achil. decif. 5. de pensionib. Seraphin. decif. 1351.
 num. 1. Nicol. Garc. de benefic. part. 1. cap. 5. num. 199.
 Marefcot. var. lib. 2. cap. 18. num. 54. cum seqq. Stephan.
 Gratian. discept. forens. cap. 49. num. 52. & seqq. & n. 59.
 Gregor. & V. decif. 507. num. 3. vbi quod Rot. in his
 terminis passim condemnat successorem. & quod
 ita resoluit sapientissime in aliis. & admittit eadem Rota
 in Larinen. pensionis 7. Februarij 1620. coram bonæ
 memorie Vbaldo sen. in qua alia decisiones cumu-
 lantur. refert Beltramin. in annot. ad d. decif. Gregor.
 num. 7. Potest tamen habere recursum contra hære-
 des. vel alios. qui fructus perceperunt. vt in Casar-
 augustana pensionis 13. Aprilis 1592. coram Cardina-
 li Pamphilio. sed ita demum successor tenetur ad
 pensiones decursas tempore antecessoris. si ei rema-
 neat congrua. quæ in primis. & ante omnia dedu-
 cenda est. vt fuit decifum in Campanien. pensionis
 12. Ianuarij 1609. coram Iusto. & sequuta est Rot.
 coram Gregor. X V. d. decif. 507. num. 5. Probatio
 autem diligentiarum contra antecessorem debet esse
 plena. quia materia est rigorosa. & contra bonam
 Barbos. Collect. Tom. 11.

fidem. quod successor teneatur pro pensionibus de-
 curfis tempore antecessoris. vt ex Put. decif. 185. in
 fin. lib. 2. Rot. in d. Larinen. pensionis. coram Vbaldo.
 in qua fuit dictum non suffragari diligentias factas
 contra procuratorem antecessoris. cum ex illis
 non possit deueniri ad sententiam excommunicatio-
 nis. nec pro pensionibus decursis. quæ postea
 fuerunt solutæ. refert & sequitur Beltramin. vbi
 supra.

Amplia quarto in maioratu. cuius successor te-
 netur soluere debita prædecessoris. si contracta sint
 pro necessitate. vtilitate. vel conseruatione ipsius
 maioratus. secus si pro necessitate. vel vtilitate ipsius
 prædecessoris. Vide Molin. de primog. lib. 1. cap. 10.
 num. 15. & num. 24. Ludouic. Auendan. l. 40. Tauri.
 gloss. 1. ex num. 70. & l. 46. gloss. 9. ex num. 2. Spin.
 in speculo testam. gloss. 18. princip. ex n. 39. & gloss. 19.
 princip. ex num. 36. Anton. Padil. in l. vnum ex fami-
 lia. §. si de falsid. num. 9. ff. de legat. 2. Melch. Pelæz
 de maior. part. 4. quest. 26. Matienf. l. 6. gloss. 3. ex
 num. 16. tit. 7. lib. 5. noua recopilat. Donat. à Fin. tom. 2.
 commun. opinion. lib. 6. titul. 41. num. 30. Perez l. 1.
 gloss. 1. tit. 2. lib. 3. Ordin. pag. 119. Castil. l. 45. Tauri.
 gloss. fin. Peralta in l. 3. §. qui fideicommissum. num. 131.
 ff. de hered. institut. Garc. de expensis. cap. 16. num. 33.
 Card. Tusch. conclus. 331. lit. R. tom. 7. & conclus. 876.
 lit. S. Valasc. de partit. cap. 19. num. 44. Cald. Pereira
 de potest. elig. cap. 16. num. 5. & de empt. cap. 27. num. 40.
 latissime Molin. de iustit. tract. 2. disput. 640. & 641.
 Rebello de obligat. iustit. part. 2. lib. 7. quest. 9. sect. 3.
 D. Barbosa in l. diuortio. §. fin. num. 114. ff. soluto matrim.
 plures refert Cened. ad Decretal. collect. 86. num. 1.
 Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de clerico debitore.
 §. 5. num. 29. & quid iure Lusitano super hoc sit dispo-
 situm inuenies apud Ordin. Regiam lib. 4. titul. 101.
 §. unico.

Debita tamen omnia contracta ab eo. qui maio-
 ratum instituit. tenetur successor soluere. dummodo
 prius capiantur bona libera. redditusque primoge-
 nij. his verò non suppetentibus tunc ad bona maio-
 ratu deneniendum est. & in causam executionis pos-
 sunt capi. vt post Palat. Anton. de Padil. Tiraq. & alios
 resoluunt Gutier. pract. lib. 2. quest. 53. num. 2. Molin.
 d. cap. 10. num. 1. & 2. Matienf. l. 6. gloss. 3. n. 21. tit. 7.
 lib. 5. noua recopil. Parlad. lib. 2. verum quod. cap. fin. p. 4.
 §. 3. num. 32. Si verò post maioratum irrenocabiliter
 constitutum. & in contractu conditum debita insti-
 tuentis sint contracta. non tenetur successor ea solu-
 re. vt per Cald. Pereira quest. forens. lib. 1. quest. 23.
 num. 65. nouissime Melch. Phœbum Lusitania decif.
 84. & ad hæc vide Ordin. Regiam Lusitan. lib. 3.
 tit. 93.

Amplia quinto in successore Regni. qui semper
 tenetur ad debita prædecessoris. Vide Aguirre de suc-
 cess. Portugallia. part. 1. num. 70. Molin. d. lib. 1. cap. 19.
 num. 30. Garc. de expensis. cap. 16. num. 15. Mart. de
 iurisdic. part. 1. cap. 29. a num. 21. Molin. disput. 641.
 num. 7. Rebello d. quest. 9. num. 13. Cardin. Tusch.
 tom. 7. lit. R. conclus. 330. & lit. S. conclus. 876. Castil.
 lib. 3. quod. cap. 19. num. 126. cum seqq. In successore
 tamen feudi ex pacto. & prouidentia contrarium est
 resoluendum. quia non soluit as alienum à præde-
 functo vassallo contractum. sicut nec soluit filius pa-
 tris succedens in feudo repudiata hereditate. vt per
 Rosenth. de feudis. cap. 2. concl. 33. & cap. 7. concl. 20.
 cum seqq. Surd. de aliment. tit. 4. q. 10. num. 17. cum seqq.
 Bernard. Græuæ. ad pract. Camera Imper. lib. 2. concl. 154.
 & idem in emphyteusi de pacto. & prouidentia est
 tenendum. & decidit Ordin. Regia Lusitan. lib. 3.
 tit. 93. §. 3.

Pro Ecclesia necessitate. [veluti pro expensis litis, & impensis necessariis factis pro Ecclesie ministris, & famulis,] atē Redoan. de *spoliis Ecclesie*, q. 10. Franc. Marc. decif. 43. 6. n. 2. lib. 1. Steph. Gratian. d. c. 94. a. n. 30. idē Redoan. de *rebus Ecclesie non alienandis*, p. 5. n. 3. p. 1. qui etiam hoc intelligunt non solum de debitis pro utilitate Ecclesie, sed etiam pro sustentatione personarum, patrocinio per Advocatum præstito, dum esset carceratus, & de salario Advocati, ut per Pat. lib. 3. decif. 11. & lib. 2. decif. 43. in *antig.* hoc intelligit in successore immediato à quo petuntur istæ expensæ, secus à mediatō eōdem de primo sit intelligendum, ne res procedat in infinitum. Et procedere etiam in salariis famulorum, & Vicariorum, quia pro utilitate Ecclesie, & necessitate gubernatione sint contractæ, extendunt Flores *var. lib. 1. q. 8. n. 4.* Steph. Gratian. d. c. 94. n. 36. cum seqq.

CAP. Si quorundam. II.

Gregor. IX.

Prælati si pro alienis debitis obligat Ecclesias, est suspensus ab administratione spiritualium, & temporalium, & obligatio non tenet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Host. Henric. Anchar. Panorm. Barbat. Viu. in *ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 264.* Alagona in *compendio iuris Canon. pag. 442.* remissive Ximen. in *concord. p. 1.*

SUMMARIUM.

- 1 Doctores referuntur super hunc text. scribentes.
- 2 Clericus non habens unde soluat debita in totum, vel pro parte, non est excommunicandus, nec molestandus, sed debet dare cautionem de soluendo cum venerit ad pinguiorem fortunam.
- 3 Clericus petens privilegium huius text. qualiter paupertatem probare debeat, ostenditur.
- 4 Clericus semel ad beneficium huius cap. admissus non prohibetur iterum admitti.
- 5 Moniales feruntur beneficio huius cap.
- 6 Personis Ecclesiasticæ debitor non gaudet beneficio huius cap.
- 7 Clericus debitor alicuius, qui esset pauperior ipso, non gaudet beneficio huius cap.
- 8 Clericus in minoribus non gaudet beneficio huius cap.
- 9 Clericus coniugatus non gaudet beneficio huius cap.
- 10 Periturus clericus, vel suspectus de fuga non gaudet beneficio huius cap.
- 11 Debitum negans non gaudet beneficio huius cap.
- 12 Laicus fideiussor clerici non gaudet beneficio huius cap.
- 13 Debitor clericus ratione depositi penes se facti non gaudet privilegio huius cap.
- 14 Clericus suscipiens terminum postquam fuit condemnatus ad solutionem debiti, non potest se letari de beneficio huius cap.
- 15 Clericus conventus ex debito dependente ex delicto non gaudet beneficio huius cap.
- 16 Clericus tribus sententiis condemnatus soluere creditori, an gaudeat beneficio huius cap.
- 17 Clericus dolo versatus cum creditore non gaudet beneficio huius cap.
- 18 Bona consumens, vel occultans, seu in extraneos alienans gratia fraudandi creditores, non gaudet privilegio huius cap.
- 19 Clericus heres non confecto inventario minimè gaudet privilegio huius cap.

- 20 Clericus conventus actione reali non gaudet privilegio huius cap.
- 21 Clericus, qui in ludo, vel luxuriose vivendo bona sua consumpsit, non gaudet privilegio huius cap.
- 22 Administrans bona aliena, si malitiam rationem reddiderit de administratis, non gaudet privilegio huius cap.
- 23 Oblationis in forma Camera vigore renuntiatur beneficio huius cap.
- 24 Beneficio huius cap. an possit renuntiari etiam cum iuramento ostenditur.
- 25 Clericus licet non possit carcerari pro causa civili, potest tamen compelli ad præstandam iuratoriā cautionem de soluendo cum ad pinguiorem fortunam venerit.

CAP. Odoardus. III.

Clericus non habens unde soluat debita in totum, vel pro parte, non est excommunicandus, nec molestandus, sed debet dare cautionem de soluendo cum venerit, ad pinguiorem fortunam. Colligunt ex Ordin. Abb. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Host. Henric. Boich. Anch. Panorm. Barbat. Henric. Canif. Viu. in *ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 204.* Alagona in *compendio iuris Canon. pag. 44.* remissive Ximen. in *concord. p. 1. & 2.*

Celebris, & notus est text. iste quatenus probat Clericum non habentem unde soluat debita in totum, vel pro parte, non debere excommunicari, immò si est excommunicatus pro prædictis debitis absolvi debere, absque vlla difficultate, præstita ab eo idonea cautione, ut si ad pinguiorem fortunam devenierit, debita prædicta persolvat, de quo cuiusque materia vide l. 23. tit. 6. p. 1. Viuian. tom. 1. commun. opinion. lib. 2. tit. 2. n. 53. pag. 157. Azened. l. fin. n. 66. tit. 21. lib. 4. recopilat. nouissime Camil. Borrel. in *summa omnium decif. tit. 7. de Cler. & Sacerd. n. 106.* Marc. Ant. Gemmen. in *praxi Archiepisc. Curie Neapolitane*, c. 3. latissime Marchesam. de *commissionib. p. 3. c. 1. §. 1. pag. 209.* cum seqq. latissime etiam Carol. de Grassis de *effectibus clerical. effectum 7.* per totum, & Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de clerico debitore*, §. 2. per totum, & Ioan. Baptista Costa de *remediis subisd. remed. 29.* per tot. Vincent. Caroc. de *exceptionib. except. 24.* Paul. Squillante de *privilegiis cleric. c. 10.* per tot. Aloyf. Riccā in *praxi rerum fore Ecclesiastic. resol. 244.* cum multis seqq. in 2. edit. Conar. *var. lib. 2. c. 1. num. 9.* Oduard. Caldeira de *error. pragmat. lib. 1. c. 3.* Menoch. de *arbitr. casu 183.* num. 29. & 30. Perez l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 63. Bobadil. in *sua politica*, lib. 2. c. 17. n. 155. Soat. de *Pace in pract. tom. 2. p. 3. cap. vnic. n. 4.* cum seqq. Henriq. in *summ. p. 2. lib. 1. c. 18. §. 4.* Farinac. in *praxi crimin. p. 1. q. 27. n. 65.* cum seq. Gutier. de *iuram. confirm. p. 1. c. 17.* Aloyf. Riccā in *collect. decif. p. 1. collect. 22. D.* Barbosa in *l. maritum. n. 2.* & 47. & in *l. alia*, §. *eleganter*, n. 18. & 19. ff. *solutio marim.* Sord. de *alimēt. rit. 1. q. 88.* n. 20. & 21. Sayr. in *clavi Regia*, lib. 10. tract. 5. c. 7. n. 4. Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 222.* n. 38. cum seqq. Garc. Girona de *privilegiis*, & *exemptionibus* explicat. à n. 29. Marra de *iurisdic. p. 4. casu 144.* Quoddam birretum viride deferant etiam coram iudicibus verbis, & carcerum visitatoribus petentes alternatas, vel beneficium huius text. statuit Pius IV. in *sua constit. 39.* siue *Motu proprio*, incip. *Cupientes*, sub dat. 27. Octobris 1561. & est in *Bullario novo. tom. 2. pag. 53.* sed hoc non video in urbe praticari.

Inter cætera, quæ incumbunt Clericis petentibus beneficium huius cap. illud principale est, ut probent suam paupertatem, & miserabilitatem, Ioan. Baptista Costa de *remediis 29.* num. 3. vel per communem estimationem

tionem, seu reputationem, aut quia visi sunt mendicare, Aloyf. Ricc. in d. praxi resol. 245. n. 2. Marc. Anton. Genuens. d. c. 3. n. 18. Marchef. d. c. 1. §. 1. n. 104. Vel quia redditus, quos habent, non excedunt scuta 25. Seraphin. decis. 173. Aloyf. Ricc. d. resol. 245. n. 3. Et sufficit, ut summarie constet de paupertate, nec in ea est multum scrupulose agendum, sed vrbane, idem Aloyf. Ricc. in decisionibus Curie Archiep. Neapol. decis. 81. n. 6. p. 1. vbi a principio illius decis. totus est in ostendendo Clericum admitti ad beneficium huius cap. extra carceres parte non instante, seu non opponente, & p. 2. decis. 176. attestatur pluries resolutum fuisse quod pendente iudicio, & lite super concessione privilegii huius text. Clericus debitor est audiendus extra carceres, & non carcerandus. Et Clerico intentanti remedium huius text. denegari non potest pensio pro congrua sustentatione, ut per Benincos. in tract. de paupert. q. 8. in 4. specul. in contr. lib. 1. §. 1. Couar. lib. 2. c. 1. n. 9. vers. quia in re, Surd. de aliment. tit. 1. q. 79. num. 21. vers. tamen dimitti. Menoch. de arbit. casu 183. n. 30. Farin. d. q. 27. n. 68. in fine, quos refert & sequitur Rot. in Bononien. seu Romana censu 13. Februarij 1615. coram bona mem. Barato inter eius impressas decis. 97. n. 3. vbi attestatur quotidie in Curia servari quod Clerici admittantur ad beneficium huius text. cum retentione pro congrua eorum sustentatione. Illud in praesentiarum admittere oportet Clericum semel beneficium huius cap. admissum non prohiberi iterum admitti, Marc. Anton. Genuens. d. c. 3. mon. ult. etiam post rem iudicatam, & in executione sententiae Aloyf. Ricc. in praxi resol. 249. dummodo tamen beneficium huius cap. non se extendat extra diocesim petentis, Marchef. d. c. 1. §. 1. n. 100.

Amplia privilegium huius text. extendi ad moniales cum in eis detur par ratio, quae in Clericis, pro ut iudicatum fuit in Senatu Portugallensi, & in Supremo Supplicationis Regni Lusitaniae in causa monialium Matris Dei de Monchique civitatis Portugallensis.

Limita primò in Clerico debitore pensionis, in quo non habent locum disposita in hoc text. cum pensioni consenserit etiam cum iuramento, & obligatione camerali, & possideat beneficium, & potius debet illud dimittere, quam pensionem denegare, cum etiam in reservatione pensionis tales beneficiati illam promittant solvere sub poena excommunicationis, & privationis beneficii, ut per Cassa. decis. 21. n. 3. de locato, Gom. in compendio signaturae, col. fin. n. 80. vers. est tamen unum, & de annali, q. 53. quos refert Stephan. Gratian. d. c. 22. a. n. 50. Marchef. de commission. p. 3. c. 1. §. 1. n. 64. pag. 317. Farin. q. 27. n. 70. Carol. de Grassis d. effectum 7. n. 48. Aloyf. Ricc. in d. praxi post resol. 255. in notabilib. n. 1. quamvis contrarium, quod scilicet beneficiarius non teneatur ultra quam facere potest, teneat Cald. Pereira de extint. emphyt. c. 4. num. 24. quicquid etiam propter praecisam obligationem solvendi pensionem non amittere privilegium dicant Cou. d. n. 9. vers. quoties, & D. Barbof. d. 8. eleganter, n. 23.

Limita secundò vbi Clericus esset debitor alicuius, qui esset pauperior ipso Clerico, Barbat. hic n. 2. Neuiz. conf. 59. Carol. de Grassis d. effectum 7. n. 56. Bellet. d. §. 2. num. 8.

Limita tertio in Clerico in minoribus constituto, hic enim quantum ad hoc privilegium par censetur laico, & saeculari, secus tamen si alteri, aut Ecclesiae proprio ministerio serviat in divinis, resoluunt Cou. d. c. 1. num. 9. vers. sed ex quo ad decisionem. Menoch. d. casu 183. num. 30. Marc. Anton. Genuens. cap. 3. num. 3.

Marchef. d. cap. 1. §. 1. n. 57. & num. 98. Gutier. d. c. 17. num. 10. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 27. num. 69. Stephan. Gratian. d. c. 22. n. 39. & 40. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 571. n. 20. Ruiz. decis. 6. quem refert Aloyf. Ricc. d. collect. 22. in fine, & in decis. Curie Archiep. Neapol. part. 2. decis. 20. Ioan. Bapt. Costa d. remedi. 29. num. 4.

Limita quarto in Clerico coniugato, qui potest 9 capi, & carcerari etiam pro debitis civilibus per iudices saeculares, si non habeat bona unde solvat, resoluunt Natr. conf. 356. Montalu. l. 25. gloss. 1. col. 2. ad finem, tit. 9. p. 5. Aniles in proem. Pretor. a. n. 20. Carol. de Grassis d. effectum 7. n. 52. Couar. d. cap. 1. n. 9. vers. propter quorum, Gutier. d. cap. 17. n. 11. Soar. in pract. tom. 2. part. 3. cap. vnic. n. 6. Molin. d. disp. 571. num. 20. Aloyf. Ricc. in d. praxi resol. 253. Sanch. de matrimon. lib. 7. disp. 46. n. 23. quamvis contrarium, quod scilicet non possit capi, teneat Humad. l. 23. gloss. 2. num. 2. vers. secundo fallit, tit. 6. part. 1. & plures, quos refert, & sequitur Cenall. communium contra commun. quest. 593.

Limita quinto quando Clericus esset periurus, vel 10 suspectus de fuga, & debitum descenderet ex dolo, tunc enim poterit carcerari, Cou. d. n. 9. vers. vtrum si Clericus. Stephan. Gratian. d. cap. 22. n. 49. Farin. d. quest. 27. n. 71. vers. sublimita tertio, Aloyf. Ricc. in praxi rerum fore Ecclesiasticarum, decis. 287. Bellet. d. §. 2. num. 100.

Limita sexto in Clerico, qui negavit debitum, ut 11 per Gutier. d. c. 17. n. 2. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 571. num. 12. Mohedan. decis. 1. de solut. Put. decis. 321. p. 2. Aloyf. Ricc. in praxi decis. 286. alias resol. 246. per totam, vbi limitat si debitum postea agnouisset ante sententiam, Marc. Anton. Genuens. d. c. 3. n. 5. Carol. de Grassis d. effectum 7. n. 42. Bellet. d. §. 2. n. 2. & 3.

Limita septimo in laico fideiussore Clerici, cui 12 non proficit beneficium huius cap. ut per Gutier. pract. lib. 1. quest. ult. n. 70. cum seqq. Cenall. commun. contra commun. q. 701. n. 14. Ioan. Bapt. Costa d. remedi. 29. n. 8. Aloyf. Ricc. in d. praxi decis. 289. in 1. edit. alias resol. 248. in 2. edit.

Limita octavo in Clerico debitore ratione depositi 13 penes se facti, quia adversus exactionem talis debiti non poterit opponere de privilegio huius cap. Mathesl. sing. 60. n. 1. Seg. Danilos p. 2. c. 13. n. 21. Carol. de Grassis d. effectum 7. n. 58.

Limita nono in Clerico, qui suscepit terminum 14 postquam fuit condemnatus ad solutionem debiti, namque ipse non poterit se latari de beneficio huius cap. Cou. pract. c. 3. n. 4. concl. 2. Put. decis. 364. part. 1. Galp. Baec. de inope debitore, c. 16. n. 22. Carol. de Grassis d. effectum 7. n. 60.

Limita decimo, quando Clericus committitur pro 15 debito dependente ex delicto, vel quasi, nam tunc & capi, & carcerari poterit, ut per Cenall. q. 701. n. 8. Farin. d. q. 17. n. 72. Aloyf. Ricc. in d. praxi resol. 251. in 2. editione, Gutier. de iuram. confirm. p. 1. c. 17. n. 23. & seqq. Carol. de Grassis d. effectum 7. n. 38. Bellet. d. §. 2. n. 6. praecipue si poena pecuniaria in qua est condemnatus Clericus pro delicto, vel quasi, est applicata filco, vel parti in vim poenae ad vindictam delicti, & non ad emendam, & reparationem damni, ex Gutier. de iuram. confirm. p. 1. c. 17. n. 27. Marc. Anton. Genuens. d. c. 3. num. 7. Marchef. d. c. 1. §. 1. mon. 60. pag. 317. sed contrarium tuetur Aloysius Riccius in praxi decis. 292.

Limita undecimo non procedere beneficium huius 16 cap. post tres sententias conformes, ita Cardin. Put. decis. 56. alias 54. num. 3. lib. 1. in correctis, Franc. d. quest. 27. num. 69. Marchef. d. §. 1. num. 74. pag. 318.

Contrarium tamen, imo Clericum tribus sententiis damnatum solvere creditori, gaudere privilegio huius cap. tanquam benignius tenent. Con. d. c. 1. n. 9. Gutier. d. c. 17. n. 13. Azeved. l. 4. n. 19. ad fin. tit. 2. lib. 6. nonie recop. Molin. disp. 571. n. 23. Aloyf. Ricc. decif. 295. alias resol. 254. Carol. de Grassis d. effectum 7. n. 45. Illud tamen verum est quod Clericus litigans qui per tres sententias conformes in expensis condemnatus fuit, quoad ipsas non admittitur ad remedium huius text. Put. d. decif. 54. n. 3. quem sequitur est Rot. in Hipporegion. expensarum 12. Decembris 1622. coram bonæ mem. Remboldo.

77 Limita duodecimū in Clerico dolo versato cum creditore, veluti si tempore contractus se finxit non esse Clericum, altero contrahente id ignorante, aut abscondit de bonis, ne solueretur debitum creditori, vel pendente iudicio super debito principali bona in extraneos alienet gratia fraudandi creditorem, ut per Gutier. d. c. 17. n. 20. & 21. Molin. disp. 571. n. 21. Ferret. conf. 144. Rot. decif. 841. lib. 3. divers. Bellet. d. §. 2. n. 4. Marchef. d. c. 1. §. 1. n. 76. cum seqq. pag. 339. Verall. decif. 278. p. 1. Farin. d. q. 27. n. 70. cum seq. Aloyf. Ricc. in d. praxi resol. 247. Marc. Anton. Genuen. d. c. 3. n. 6. 78 vbi resoluit quod Clericus, qui in fraudem creditorum bona consumpsit, non debet gaudere privilegio huius text. sicut nec occultans illa, aut debita contrahens sub spe gaudendi huiusmodi privilegio, Marchef. loco proxime citato, n. 96. & dictus Marc. Anton. Genuen. d. c. 3. n. 11. idem dicit de laico effecto Clerico post debita contracta in fraudem creditorum, & n. 12. de Clerico exercente illicitam negotiationem, & Marchef. d. c. 1. §. 1. n. 94. dicit attentanti non dari beneficium huius text. dari tamen excommunicato, resoluit Aloyf. Ricc. in d. praxi, resol. 250.

19 Limita decimotertiū in Clerico hærede non confecto inventario, qui non potest uti beneficio huius cap. Thom. Triuil. Venetia decif. 8. part. 1. quem refert Aloyf. Ricc. in praxi post resol. 255 in notab. n. 2.

20 Limita decimoquartū in Clerico conuento actione reali, ut per Brun. de cess. bonorum, q. 3. num. 14. Aloyf. Ricc. d. decif. 296. n. 2. Marc. Anton. Genuen. d. c. 3. n. 9. Carol. de Grassis d. effectum 7. n. 62. Squillante d. c. 10. num. 25.

21 Limita decimoquintū in Clerico, qui in laudo, vel luxuriose viuendo bona sua consumpsit, ut per Bellet. d. §. 2. n. 6. Marc. Anton. Genuen. in praxi Archiep. Curie Neapol. c. 3. n. 8. Ferret. conf. 144. n. 3. lib. 1. Carol. de Grassis d. effectum 7. n. 51. Squillante d. c. 20. num. 16.

22 Limita decimosexto in Clerico administrante bona aliena, ut quia fuisset tutor, vel curator, & malam rationem reddidisset de administratis, Ferret. conf. 144. n. 1. lib. 1. Carol. de Grassis d. effectum 7. n. 53. quicquid dicat Canale. de tutore, n. 322.

23 Limita decimosextimū, vbi quis se obligauit in Romana Curia in forma Camera Apost. quia illius obligationis vigore renuntiatur beneficio huius text. Farin. d. q. 27. n. 70. Bellet. d. §. 2. n. 8. Aloyf. Ricc. in d. praxi resol. 252. in 2. edit. Zach. ad Galef. obligat. Camerali, q. 16. n. 6. & q. 19. n. 4. Franc. Leo in thesaur. fori Eccles. p. 1. tit. de privileg. Cleric. c. 11. n. 16. Ferentil. in annot. ad decif. 97. Buratt. n. 9. lit. B. Contra Ferret. conf. 254. n. 14. lib. 2. Cou. d. lib. 2. c. 1. n. 9. vers. ex his, Marc. Anton. Genuen. in pract. Archiep. Neapol. c. 3. n. 13.

Limita decimo octauo vbi causa fuerit terminata in Rota per relaxationem executorialium, Mohed. decif. n. 12. de solut. Rot. in Mediolan. fructuum 7. Iun. 1596. coram Card. Pamphilio, & in Clusina beneficii 29. Nouembr. 1619. coram Card. Canalerio, inter eius impensas decif. 514. n. 2.

Limita decimononū in excommunicato, cui beneficium huius cap. competere non posse, ad tradita per Marchef. p. 3. tit. de commiss. aduiss. ad cess. bonor. §. 1. n. 69. & 61. censuit Rot. coram Card. Canalerio d. decif. 524. n. 4. quicquid dicant Aloyf. Ricc. in praxi antea, resol. 250. Squillante d. c. 10. n. 6.

Vtrum autem beneficio huius text. renuntiare possit, questio est dubia, in qua receptior opinio tenet non posse, cum huiusmodi beneficium pauperibus Clericis concessum sit, ne cogantur mendicare in opprobrium totius ordinis Clericalis, ita Con. d. c. 1. n. 38. Costa de remediis subsid. remed. 29. n. 8. Cenal. commun. contra commun. q. 17. n. 11. Parlad. lib. 2. rerum quotidian. p. 5. cap. fin. §. 6. n. 24. Soar. de Pace in pract. tom. 2. p. 3. cap. vnic. n. 6. Marta de iuris d. p. 4. casu 42. num. 21. D. Barbof. in l. alia, §. eleganter, n. 20. ff. solutio matrim. Bellet. d. tit. de Clerico debitor, §. 1. n. 32. Aloyf. Ricc. in d. praxi decif. 288. & in decisionibus Curie Archiep. Neapol. p. 2. decif. 160. Marc. Anton. Genuen. d. c. 3. n. 4. Garc. Girona in tract. de privileg. & exempt. explicat. n. 203. Melch. Phcebos Lusit. decif. 48. n. 10. vbi etiam quod nec cum iuramento. Quicquid aliud teneant Gutier. d. c. 17. n. 34. Molin. d. tract. 2. disp. 571. à num. 25.

Recepta prius ab eo, &c. Notatur ad hoc, quod licet Clericus non possit carcerari pro causa ciuili, neque conueniri ultra quam facere potest, poterit tamen compelli ad præstandam cautionem de soluendo cum ad pinguiorem fortunam venerit, ut per Cou. d. c. 1. n. 9. Farin. d. q. 27. n. 66. Aloyf. Ricc. in d. praxi post resol. 255. in notab. n. 54. Carol. de Grassis de effectibus Cleric. effectum 7. n. 65. quæ cautio intelligitur per pingora, vel fideiussores, aut saltem si aliter non possit per iuratoriā, ut per gloss. in presenti, resoluit Rot. coram Card. Canalerio d. decif. 514. n. 1. in fine.

In gloss. Recognoscemem, ibi, qui enim cedit bonis, &c. Notatur ad hoc, quod beneficium huius cap. minime competit non confienti debitum, ut per Rot. coram Card. Canalerio decif. 514. n. 2.

CAP. Is qui. IV. & vlt.

Quando quis dicit se indebitè soluisse, debet probare, sed si aduersarius negat solutionem, & conuincitur accepisse, incumbit ei onas probandi quod debite accepit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Guid. Papæ, Barbat. Panormi Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 205. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 443. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. In dubio solutio applicatur in debitum antiquius l. in his, & l. cum pluribus, ff. de solution. cum aliis per Corn. conf. 295. n. 1. vers. item concorsit lib. 3. & conf. 128. n. 1. lib. 6. Paris. conf. 122. n. 7. lib. 4. Menoch. de presumpt. lib. 3. præs. 136. n. 10. & seq. Surt. dec. 186. n. 5. & decif. 169. n. 9. Rot. decif. 679. n. 6. p. 1. divers. Debitum autem antiquius non consideratur respectu celebrati contractus, sed solutionis faciendæ. Ruin. conf. 126. n. 5. lib. 5. Menoch. conf. 121. n. 56. Quæ tamen procedunt quando res est omnino dubia, non autem quando adfunt aliqua coniectura, seu circumstantiæ in contrarium. Rom. conf. 94. n. 2. Rot. dec. 92. n. 2. & 3. d. decif. 679. n. 6. in fine p. 1. divers. Steph. Gratian. discip. forens. c. 96. n. 46. refert Ferentil. in annot. ad decif. 541. Buratt. lit. A.

SUMMA